ed. G. Loesche, Geschichte d. Bauernkrieg in Böhmen 53 (1915) 192 f.

Prag, NUB XIV G. 45 (XVI) Cent. d. Bauernkrieg in Böhmen

fol. 24v kell. mit NUB III G. 25 ( ) (s. XIV-XV) 127r–130r

127r De Thewtenicis Bohemie dictamen

In nomine domini amen. Cum eterno celorum
sceptrigero operante mirifica Babilonie mutigena
ydyomata que septuaginta duo universo suo
ponebantur numero essent sparsa inter gentes
heriles et liberas solum ydyoma Thewtonicis
quod nunc ydyoma Thewtonicum dicitur in gentem
127v servilem specifice est dispersum. Appellatur autem
hoc Thewtonicis ydioma quia cum in distributione
seu confusione linguarum babilonie cuilibet
linguagio rector aut tutor esset proprietarie deputatus
utpote quod eminentioribus imperatores et reges
mediocribus marchiones et duces autoritibus
comites et Barones minimis autem presides
et capitanei donabantur sic Thewtonicis servilis
gentis Thewtonice capitaneus est effectus cum
itaque quibusdam nationibus regna ceteris ducatus
reliquis regiones sicque quibuslibet iusta bene-
merentium merita dignitates officia et bene-
ficia convenissent, Thewtonici omagiales
et serviles remanserunt carereque debent
25r Thewtonici coronatis principibus | in hunc
diem itaque Thewtonicis assumpta servili cohorte
sua Thewtonicorum cuntas perlustravit regiones
serviles utriusque sexus cuiuslibet nationibus mini-
strando personas. Ex eo Thewtonici in universis
regionibus sunt sparsi particulariter, sic quod
nec est regio que Thewtonicis non sit plena.